AUTHOR:

SCHARNAGL, JOHANN

TITLE:

DE ARNOBII MAIORIS LATINITATE PART. II

PLACE:

GORZ

DATE:

1895

Master Negative #

92-80514-4

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Scharnagl, Johann,
...De Arnobii maioris latinitate part.II. scripsit Dr.Joannes Scharnagl... Görz, Seitz, 1895.
40 p. 26½ cm.

At head of title: Fünfundvierzigster jahresbericht des K.K.Staatsgymnasiums in Görz...

Volume of Pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 3-26-92 INITIALS M.D.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

Fünfundvierzigster

JAHRESBERICHT

des

K. K. STAATSGYMNASIUMS

in

GÖRZ

Veröffentlicht am Schlusse des Schuljahres 1895.

INHALT:

GÖRZ 1895.
Selbstverlag des k. k. Staatsgymnasiums.
Druck von E. Seitz.

De
Arnobii maioris
latinitate.

B. De syntaxi.

I. De convenientiae syntaxi.

Arnobius saepe duo substantiva componit, quorum alterum adiectivi vim habet: [1]) opifices manus atque artifices 62, 13. cf. splendor opifex Apul. H. de mag. 476, 14 (Koz. l. l. p. 258.). — libido carnifex 46, 14. carnifices unci 51, 7. censor animus 267, 5. datores dii 216, 1. liberator deus 74, 19. ludorum exhibitor magistratus 275, 13. dii feminae, 252, 21. 253, 4. hostiae feminae 252, 21. 253, 4. latratores canes 251, 13. dii mares 252, 21. 253, 5. hostiae mares 252, 22. 253, 5. sexus mares 163, 17. meretricula Venus 161, 11. ministrae manus 62, 8. 120 25. parricida nex 129, 26. cf. parricida frater Cypr. H. 404, 1. — regnator populus 170, 7. 219, 14. ruminatores saecula 258, 14. pecus subsessor 191, 27. tutelatores dii 128, 8. textriculae puellae 187, 6. Proserpina virago 207, 6. deae virgines atque matres 118, 19. virgines Hesperides 191, 13. virgo vitula 255, 10. virgines hostiae 255, 17. cf. rosae virgines Apul. H. met. III 209, 29. puella virgo VII 564, 11 (Koz. l. l. p. 259).

Eodem sensu auctor noster adverbia his locis usurpat: nondum mulier et adhuc virago Proserpina 195, 23. scorta meritoria quondam 18, 27. cf. Cypr. H. 16, 8. Vict. Vitens. P. I 28. II 30. Draeger l. l. I p. 132. *Huc referendum est:* securum per opulentias otium 148, 21.

---

[1]) Sittl. l. l. p. 110: Besonders massenhaft gebrauchen die Afrikaner substantivische Appositionen (gewöhnlich nom. agentis) an Stelle von Attributen.

Praeterea Arnobius ter ad substantivum in plurali numero positum appositionem in singulari adiungit: medici, animal humi natum 32, 22. nos, animal tenue 153, 11. rationale homines animal 227, 23. *Simili modo congruentiae lex neglegitur:* huic vel illi auctoribus 54, 5. neque enim manus a capite separata aut pes divisus a corpore summam possunt praestare totius 231, 10. alter alterius labefactant, destruunt convelluntque decreta 55, 8. ut fierent alterius altera (scil. anima) potestatis 79, 26. alterque alterum vincere quaerebant 225, 6. trecenti sunt anni ferme, ex quo 11, 16. si velis dicere vel octoginta (annos) vel hoc amplius 71, 1. item 30, 7. 115, 6. cf. Draeger l. l. I p. 174.

Non praetermittendos puto eos locos, ubi copula deest: quod frugiferum, quod salutare 25, 10. ab hominibus haec scripta 38, 21. cur temporum vicissitudines institutae 95, 2. indubitabile istud et verum 107, 10. sed si mendaces illi 156, 3. ubi enim nuptiae matrimonia puerperia nutrices artificia debilitates, ubi status capitis et condicio servitutis, ubi vulnera caedes cruor, ubi amores desideria voluptates, ubi omnis animorum adfectio ab inquietis perturbationibus veniens, necesse est 164, 14—18. quid enim tam imprudens 176, 22. admirabilis res satis 185, 22. frater trucidatus ab fratribus, interempti ex sanguine apium natum, prohibitum mensis holus illud adponi 191, 1 sq. ad sordes eluendas laventibus aquis opus 266, 3. ubi aut nos impii aut vos pii 270, 21 sq. *Etiam verbum dicendi omittitur:* quid Plato vester in Theaeteto 58, 5. quid in Politico idem Plato 50, 10. quid Plato idem vester in eo volumine 58. 26. sed quid ego haec parva 219, 4.

II. De casibus.

1. De nominativo.

Semel Arnobius nominativum pro vocativo ponit: o ipse invisus et nullis unquam naturis comprehense 20, 24.

2. De accusativo.

Hae verborum constructiones dignae sunt solae, quae notentur: evadere caecitatem 110, 20. e. rabiem 132, 8. cf. Cypr. H. 211, 20. — moderamen excedere 4, 12. cf. Optat. Z. 75, 12. — crimen incurrere 155, 10. cf. Cypr. H. 342, 4. Optat. Z. 4, 5. — quibus incursantur negotia humana 5, 21. cf. Tertull. R. W. ad nat. 71, 3. Draeger l. l. I. p. 378. — se maledicere 84, 15. cf. Roensch (It) p. 440 sq. — adseverationibus suasus 45, 12. cf. Roensch l. l. p. 441. Hartel (Patrist.

Stud.) IV p. 29 — subintroire speciem 224, 13. — humanum aliquid sapere 123, 1. sana sentire 21, 19. digna s. 26, 19 et al. ex.

3. De genetivo.

Persaepe Arnobius verba cum genetivo possessivo coniungit: esse 43, 6 (bis). 55, 25. 58, 12. 101, 2. 105, 13. 106, 25 . . . perhiberi 7, 13. negare 85, 14. aestimare 110, 16. existimari et credi 166, 19. *Etiam genetivi qualitatis verbis adiecti multa exempla inveniuntur:* esse 59, 13. 75, 3. 76, 19. 22. 23. 77, 22 . . . existimare 253, 30. facere 89, 22. fieri 184, 1. 2. haberi 184, 19. 233, 10. iudicari 185, 10. 188, 13. pendi 261, 3. reperiri 31, 12. substitui 181, 13. *Haud praetereundum duco hunc genetivi partitivi locum:* si in civitate unaqualibet fame plurimos emori nostri nominis aversione fecerunt, cur ibidem annonaria caritate non tantum corporis non nostri verum etiam Christianos ditiores et locupletissimos reddiderunt? 12, 25—28. *Observa quoque:* nusquam gentium 104, 23. ad id locorum 173, 17. *Semel genetivus occurrit, ubi ablativum praepositione* in *adiecta exspectes:* Peloponensi proditus 24, 1. cf. Roensch l. l. p. 427.

4. De dativo.

Dativi substantivo cum adiectivo adpositi tantum hoc exemplum notavi: blandus adulto comes 178, 22. *Mirum in modum auctor noster* 18, 4 *scribit:* condigna auditui cf. Caesari dignus Commod. D. A 23. Roensch l. l. p. 413. *Ex verborum constructionibus memorandae sunt hae:* artibus praesidere, curare 127, 1. cf. Apul. H. de deo Socr. 2, 117. Front. N. 228, 19. — vectoribus impedire vota 9, 29. pugnare inferenti vim filio 182, 25. aliquem sanitati restituere 32, 3. reddere et restituere sanitati 44, 10. cui nomen Timaeus scribitur 77, 4. *Pro ablativo cum praepositione* a *Arnobius aliquotiens dativum ponit:* vobisne sit genitus et fabricatus mundus 11, 7. nobis dici pronuntiarique 57, 26. Diespitri factae sunt compressionibus fetae 104, 22. instituti veris auctoribus 150, 23. nullis habitatoribus tecta 234, 28. gentibus fieri 255, 2. quae habentur his 255, 3. nullis hominum comprehensa 259, 15. *Etiam dativus qui dicitur finalis praebetur:* iacent antiquae derisui caerimoniae 16, 8. quae sunt despectui vobis 50, 14. quo genere singula esse debeant esui 66, 20. ita enim sunt omnia et excogitata et comparata derisui 174, 22. deos habere contemptui 215, 17. quae habentur esui 255, 3. cf. Hartel l. l. III p. 81 sq. Draeger l. l. I p. 443.

5. De ablativo.

***Arnobius ablativum sine attributo adverbii loco usurpat:* iniuria 27,**

7. unitate 58, 2. inutilitate 97, 15. voluntate 94, 4. 100, 17. indignitate 119, 2. impetu 178, 9. pituitate 222, 8. (loco turb.) cf. Hartel l. l. IV p. 48. Sittl l. l. p. 107. *Memorabilis ablativi usus:* Aesculapius Epidauro 278, 18. cf. Max. Hoffmann l. l. p. 124 inscr. 1026_3: Nepos Philippis inscr. 1024: Priscus Vienna cf. Draeger l. l. I p. 497 sq. — Aesculapius baculo 236, 9. cf. Max. Hoffmann l. l. p. 125 inscr. 1441: templum ornamentis suis fecit. cf. Draeger l. l. I p. 538. *Ablativo indicatur, unde quid exeat:* utero fusus 23, 16. verba ore fundi 124, 15. caelo labi 38, 19. caelo lapsum 254, 23. terra sumptum lapidem 283, 30. *Permulta sunt exempla ablativi quem dicunt auctoris:* quonam parente sint editae 85, 25. Caelo esse editum patre 131, 26. patre editus Saturno atque Ope matre 132, 8. quibus genitoribus orta sint vel quibus auctoribus fiant 92, 3. quibus patribus, quibus matribus procreati fuerint 24, 21. Jove patre sunt proditi et genitore Saturnio procreati 104, 20. Caelo atque Hecata procreatus 105, 29. 131, 12. Maia et Jove procreatus 152, 6. proditus Hyperiona 151, 25. Aethere sit patre progenitus 151, 20. genitore illo ac patre prolatas 59, 26. quisnam sit ipse aut quo patre 66, 9. *Praepositio* ex *desideratur*: testa aut materia alia fabricati foci 146, 5. luteis constructa est formis 146, 7. cf. ex latereulis caminorum istud ex aedificetur genus 146, 3. *Observa hos ablativos:* sacerdotibus et pulvinaribus honoratis 27, 27. testibus haec, illa opinionibus adseruntur 39, 6. ut vos idem vestris scriptis atque auctoribus traditis 106, 2. vestris proditum litteris atque auctoribus 162, 15. caerimoniis annuis et sacerdotiorum antistitibus honorasse 180, 14. aedituis mille protegitis atque excubitoribus mille 231, 27. musicis — medicis — fabris — eloquentibus disertissimisque mactari 255, 19 sq. cf. Draeger l. l. I. p. 547. *Ablativi loci sine* in *haec mihi exempla occurrerunt:* templis habetis vestris 24, 15. opportunissimis sedibus nidulos sibi construere 62, 4. cur . . . acerras turis plenas altaribus conficiatis 110, 5. quibus (scil. fanis) Apis iaceret absconditus 219, 11. sacris adoleantur altaribus 258, 21. sacris incenderit altaribus tus 270, 25. *Non omittendas puto has verborum constructiones singulares:* qua innati regione 24, 22. praegustatoris fungi atque experiri officio 146, 15. *Saepe Arnobius adiectivum* plenus *cum ablativo copulat:* 111, 12. 150, 2 — VIIIiens. *Plane inusitata dictio:* contiguus attrectatione corporis 60, 2.

III. De substantivis.

Permultorum substantivorum Arnobius numero plurali utitur, qui aut omnino nusquam exstat aut perraro invenitur: abundantiae 11, 27. 12, 4. ariditates 78, 11. benivolentiae 215, 11. cf. Neue l. l. I p. 425. —

caecitates 32, 10. circumactus 72, 24. circumventiones 176, 3. enisae 239, 20. conflagrationes 84, 4. consecutiones 148, 6. contaminationes 189, 27. continentiae 63, 17. contrarietates 93, 16. convexiones 37, 14. crudelitates 237, 22. cultiones (scil. deorum) 221, 3. densitates 281, 15. cf. Apul. H. de mund. 361, 9. (Koz. l. l. p. 251). — dissidentiae 134, 9. distantiae 96, 1. diuturnitates 228, 8. dormitiones 265, 30. essentiae 262, 4. excitationes 265, 28. exsectiones 186, 20. fervores 162, 21. 271, 10. flaturae 9, 27. formaturae 67, 10. fremores 176, 1. gingritus (scil. anserum) 232, 7. glabritates 121, 23. ingenuitates 110, 11. inpulsiones 262, 15. intortiones 121, 22. laesiones 85, 22. lasciviae 203, 9. 223, 4. 233, 18. cf. Neue l. l. I p. 426. — luculentiae 116, 5. luxuriae 44, 22. cf. Commod. D. I 17, 7. — maiestates 167, 20. meatus 82, 2. mobilitates 30, 2. nexiones 175, 5. nidores 228, 19. cf. Optat. Z. 90, 19. 146, 18. 20. — nobilitates 44, 15. cf. Neue l. l. I p. 427. — obliquitates 148, 14. opitulationes 144, 11. opulentiae 148, 21. pinguitiae 253, 24. pituitae 77, 28. praesidatus 128, 2. prosapiae 152, 23. cf. Apul. H. de mag. 18, 435. — reminiscentiae 64, 3. servitutes 110, 11. taciturnitates 189, 23. turpitudines 169, 17 cf. Cypr. H. 10, 2. cf. Neue l. l. I p. 428. — usiones 266, 7. vilitates 11, 27. cf. Neue l. l. I p. 428. — vinctiones 69, 26. violationes 235, 24 *Nonnunquam abstractis notiones concretae significantur:* germanitas (= germani) 276, 24. humanitas (= homines) 85, 6. cf. Minuc. Fel. H. 12, 2. 38, 27. Apul. H. de dogm. Plat. II 253, 24 (Koz. l. l. p. 244.) — iudicium (= iudices) 49, 11. cf. Optat. Z. 27, 17. — matrimonia (= matronae) 84, 13. cf. Cypr. H. 667, 1. — mortalitas (= mortales) 8, 22. 22, 14. 84, 9. 156, 26. 171, 2. nobilitates (= nobiles) 44, 15. *Saepe abstracta pro adiectivis ponuntur, quorum nonnulla exempla notabilia enumerare liceat:* in incestas libidines necessitudo sanguinis inardescit 130, 6. acrimonias intermiscere ceparum 250, 28. saxorum asperitatibus propinavit 183, 25. linguarum diversitatibus scripta 6, 22. levitatibus extollitur gaudiorum 240, 12. caput — tereti rotunditate colli erectum 120, 16. siccitas labrorum inalbescit 13, 24. fluidarum vestium superiectione perfusi 121, 27. infestare discriminis varietate mortalia 5, 28. item 53, 21. 132, 25. 258, 26. substerni tot milium venerationem 18, 6. quibus volatus innectere stridularum possint inpudentiumque muscarum 229, 3 sq. *Denique hae memorandae sunt dictiones, in quibus praepositione adhibita ratio duarum notionum inter se cohaerentium manifestior fit:* a corpore diiugatio 59, 18. tot a vobis iniuriae et maledictiones 119, 12. ab officiis otium publicis 170, 27. nulla pausa a Jovis ipsius maledictis 181, 26. temperatus ab alimonio panis 188, 27. intellectus de dei natura 125, 3. conscriptio de superis

212, 20. ex ramis agrestibus baculae 65, 19. ex cinere caldo glandes 65, 18. liquor purus e fontibus 65, 21. ex isdem seminibus fratres 201, 6. rimator in vetustatis indagatione 181, 15. religionibus artifex in comminiscendis 260, 8. tergiversator in obsequio 276, 4. cf. Hartel (Archiv.) I p. 33 sq.

IV. De adiectivis.

Arnobius quater neutrum adiectivi cum genetivo coniungit: sine ullius seriae dubitationis ambiguo 28, 7. incerti ambiguitatis 176, 15. opinionum praesumpta 116, 10. suprema funeris 219, 1. cf. Minuc. Fel. H. flexa collium 22, 26. Cypr. H.: extrema mortis 724, 16. obscura somniorum A 20, 7. *Sequuntur adiectiva generis neutrius sine attributis pro substantivis posita:* in abdito 204, 2. 208, 21. in ancipiti 97, 15. 232, 24. in aperto 94, 19. inlato (= abl. scil. sacrificio) 265, 3. inmenso (= abl.) 87, 8. de proximo 217, 6. 9. fortunae adversorum secundantiumque 24, 24. memoriae aliorum 71, 9. in altioribus stare 248, 17. moderator cunctorum 113, 23. dominus c. 22, 1. 7. dignorum elocutio 210, 9. religionibus falsorum 103, 18. comprobatio futurorum 50, 5. condicio f. 50, 6. auctoritas gestorum 38, 13. honestorum dignitate 210, 6. de maioribus dubitare 21, 21. animadversio meliorum 103, 15. necessitatem inexpugnabilem conserere praeteritorum cum imminentibus 245, 9. memoria priorum 69, 25. 70, 24. 71, 6. in recentibus 39, 7. per ordinem succedentium 188, 1. in superioribus 142, 16. *Praeterea adiectiva pro adverbiis exstant:* comis rogat illa 196, 17. ex continua passione (= continuo ex pass.) 192, 4. cf. Apul. H. met. XI 1028, 11 (Koz. l. l. p. 259) — cum incautus et properus obreptionis esset reiectus a furto 182, 16. (cum) genitalibus propriis inferior Priapus 236, 14. quas canitis matutini 265, 28. cf. Apul. H met. IX 775, 11 (Koz. l. l. p. 259). Commod. D. II 12, 9. — rabidae saeviant 242, 3 *Porro nobis occurrunt adiectiva substantivis adiecta, ubi substantiva in genetivo posita vel cum praepositione coniuncta exspectamus:* [1]) Apollinaria nomina 152, 21. Atlantea progenies 126, 7. corporalia vincula 70, 8. 73, 27. item 44, 9. 61, 6. 71, 20 et saepius. cf. Apul. H. de dogm. Plat. II 245, 20: cor-

[1]) cf. quae Koziol l. l p. 255 scribit: Abgeleitete Eigenschaftswörter statt eines Substantivs im Genitiv oder einer Präpositionalverbindung sind der classischen Prosa fremd. Bei den Afrikanern und namentlich bei unserem Autor erscheinen sie in auffallend zahlreicher Weise und sind ebenso wie vieles andere aus dem Streben, den Ausdruck möglichst auffallend zu machen, hervorgegangen.

porea vincula. (Koz. l. l. p. 256). — dominicae sedes 69, 7. d. proles 77, 22. nomen Jovium 220, 7. pellacia Jovialis 193, 1. Apollo Latonius 162, 19. litterata auctoritas 132, 19. ornatus meretricii 226, 10. Minervium nomen 154, 1. nutriciae curae 65, 12. manus obstetriciae 118, 23. reliquiae Saturniae 162, 10. *Priusquam ad proprium comparationis usum me vertam, duo loci sunt memorandi, quibus Arnobius ad augendam positivi vim particulam* quam *adicit:* poscit ordo quam paucis ac sine ullis circumlocutionibus dicere 237, 19. hanc in vertice ipso petrae datam quieti et somno quam incestis Jupiter cupiditatibus adpetivit 177, 18. *ubi vero Reiffersch. auctore Barthio* nequam *scribi iubet, quam coniecturam Hildebr. repudiat nixus in* crinibus quam dissolutis Apul. H. met. III 5 VII 1 IX 19. *cf. quoque*: quam multi (= permulti) Commod. D. A 841. 893. *Eos comparativos et superlativos, qui perraro alicubi inveniuntur, p 44 sq partic. I. h. comment. (Goriz. 1894.) enumerari. Restat, ut de inusitatis, quibus Arnobius utitur constructionibus disputem. Ut auctor noster dicit*: non ab ipso se alius 279, 26. non alia neque absimili ratione ab his 93, 7. cf. Optat. Z. 113, 3. Lucif. Caral. H. 129, 14. *ita cum praepositione* a *comparativum coniungit, ut unde exeat comparatio significet:* minus esse a recto (= minus rectum esse) 84, 22. annos ducit quinquaginta et mille aut non multum ab his minus. 106, 15. cf. Cypr. H. V 6: hoc vestitus genus a iactantia minus non est. *praeterea* Roensch l. l. p. 452 sq. Ott (N. I. 1875) p. 789. Hartel (Archiv.) III p. 12. Wölfflin (Lat. Compar.) p. 52. Sittl l. l. p. 105 sq. de Porphyr. Vrba l. l. p. 45 sq. *Multum contulisse videtur Graecus sermo ad hanc elocutionem formandam:* nullo melior pecore 68, 20. *Interdum Africanus noster superlativum comparativi significatione ac vi usurpat:* quisquamne illorum aliquando verbo uno potuit aut unius imperii iussione non dicam maris insanias aut tempestatum furores prohibere, compescere — sed quod levissimum multo est, fervunculum, scabiem aut inhaerentem spinulam callo una interdictione sanare 55, 27 - 56, 5. omni vero verissimum est certoque certissimum 85, 28. uter magis dignissimus est 88, 8. plurimum (*ex emend. Reiffersch. pro* primum) consuetudo valet quam 264, 7. cf Roensch l. l. p. 417 sq. Ott. l. l. p. 798. Potius *aut* magis *desideratur his locis:* non simillimum veri est fidem vicinis — quam spatiorum inesse longinquitate distantibus 39, 4 sq. quanto instatis et pergitis — saevire, tanto — relevatis 111, 7 sq. aut quicquam est aliud, quod labefactet aut destruat deorum principis auctoritatem, quam quod 159, 2 sq. ita enim sunt omnia et excogitata et comparata derisui, ut sit vobis conitendum, falsa ut credantur haec esse — quam optinere velle 174, 21 - 24. nec erubuit —

ex Oli capite Capitolium quam ex nomine Jovio nuncupare 220, 7. cf. Front. N. 75, 15. Cypr. H. 573, 6. Commod. D. II 9, 6. de Tertull. cf. Hartel (Patrist. Stud.) I p. 24. III p. 15. IV p. 7 sq. de Porphyr. Vrba l. l. p. 61 sq. de tota quaestione Roensch l. l. p. 443. Draeger l. l. II p. 646 sq. Sittl l. l. p. 117. Magis *comparativo adponitur* [1]: magis rectius 19, 24. magis fortior 39, 10. magis ignominiosius 165, 30. cf. Roensch l. l. p. 279. Sittl l. l. p. 100.

Contra semel invenitur: minus gratior et iucundior sanguis est 252, 14 *quae codicis lectio ab omnibus fere interpretatoribus repudiatur, quamquam ea accepta totus locus quadrare videtur*: si enim honoris et reverentiae causa mactantur dis hostiae, quid refert aut interest, cuius animalis e capite luatur hoc debitum, cuius ira offensioque ponatur? an numquid alterius alteri minus gratior et iucundior sanguis est, alteri vero alterius voluptatem infundit et gaudium. *Ad augendam superlativi vim uno loco* satis *adhibetur*: dignitatis et potentiae gradibus satis plurimis ab imperatore diiunctum 77, 20. cf. Draeger l. l. I p. 130. Ott. l. l. p. 789. Woelfflin l l. p. 48 sq. Sittl l. l. p. 101. *Observa*: primus (= prior) 126, 13. 154, 14 cf. Roensch (Semas. Beitr) II p. 42.

V. De pronominibus et numeralibus.

Pronominis personalis subiectivus quem nominant genetivus apud Arnobium occurrit: causa victa sui vitio 3, 13. integritatem sui optinere 79, 6. vilitatem sui populo publicare 82, 19. habere causam sui 239, 9. 263, 1. 4. partem sui postremam adducit 279, 6. cf. Minuc. Fel. H. 39, 16. Cypr. H. 239, 27. Commod. D II 7, 7. Porphyr. ad Hor. c. III 1, 27 (Vrba l. l. p. 50). 'Am weitesten gieng Apuleius, er setzt sui bei

[1]) Ott l. l p. 791 dicit: Ich weisz nun recht wohl, dass die Erklärungen in der eben besprochenen Spracherscheinung keine Makrologie erkennen, sondern entweder wie Hand Turs. III p. 574 ff. eine Steigerung des Comparativs ähnlich der durch multo erblicken oder wie Kluszmann 'mantissa quaestionum in Arnobio criticarum' (Rudolstadt 1863) S. 11 dieses magis vom Comparativ trennen und zu einem anderen Worte beziehen — viel natürlicher wäre es, da, wo S. 792 magis sich von dem Comparativ getrennt findet, anzunehmen, dass magis auf den kommenden Comparativ hin – bzw. zurückweise. — Idem vir doctus in adnot. p. 791 disputat de Cic. in Pis. 14, 33: mihi — quaevis fuga potius quam ulla provincia esset optatior — beweist nichts; denn potius steht nur in den schlechtesten Handschriften, an anderen Stellen bei Cic. findet sich allerdings potius beim Comparativ, ist aber, wie man deutlich sieht von ihm zu trennen und auf ein anderes Wort zu beziehen, wie de off. I 19, 64: ut opes quam maximas consequantur et sint vi potius superiores quam iustitia pares. de nat. deor. II 13, 36.

fatigatio — —' Draeger l. l. p. 472. *Genetivus obiectivus exstat*: aliquem sensum sui habere 104, 25. quos ab sui notitia disterminant cardines 217, 28 al. ex. *Pronomen demonstrativum deest*: spretis quibus paulo ante fidebant 50, 26. *Pronomina* ullus *et* nullus *cum genetivo partitivo copulatur his locis*: nullus mortalium 6, 11. nullus hominum 7, 27. 188, 8. ulli (= dat.) hominum 75, 13. nullis hominum 259, 15. *Ut ad numeralia transeam, semel nominativus genetivi loco exhibetur*: anni ad haec tempora prope milia duo sunt aut pleni 106, 16. cf. Draeger l. l. I p. 107. *Libenter Arnobius numeralibus distributivis utitur*: bis bini 152, 18. bis seni 30, 14. 174, 6. 217, 22. bis deni 106, 13. ter deni 221, 24. trini (= tres) 92, 19. 106, 6. 133, 15. 134, 8. *Nota quoque*: dentes trini generis atque in officia trina compositos 120, 24.

VI. De praepositionibus.

Auctor noster praepositiones [1]) de *vel* ex *cum substantivis coniunctas adiectivorum loco usurpat*: fitilla de milio 65, 17. tunicae de serico 126, 7. panis ex farre 65, 17. *Semel inveni hanc constructionem*: in Pessinunte 180, 13. cf. Roensch l. l. p. 444 sq. *Hac quoque elocutiones dignae sunt quae observentur*: adhinnire in aliquam 152, 4. 194, 5. *cuius alterum exemplum exstare non videtur* cf. Draeger l. l. I p. 410. — deditus in sapientia 40, 11 *e coniectura Hildebr., quem Reifferscheid sequitur pro*: quosdam sapientia deditos. cf. Lucr. III 647: dedita mens in pugnae studio IV 815: deditus in rebus ipse. *Roensch l. l. p. 427 huius usus unum exemplum habet*: deditus in adultera Catull. R. 61, 102. — duratus in asperitate 151, 5 *ubi Reifferscheid. accusativum legit, sed cf.* Apul. H met. VI 14: mutata in lapide, Commod. D. II 4, 6: in una flamma convertitur tota natura. [2]) cf. Draeger l. l. I p. 652. — elata de cerebro Jovis (Minerva) 132, 23. esse in Capitolium 219, 14. e. in rerum naturam 269, 2 cf. Sittl. l. l. p. 130. — evoluti patrimoniis ab ingentibur 245, 30. excipere ab negotiis publicis 275, 18. exsolutus a corporalibus vinculis 97, 17. cf. Roensch l. l. p. 426. — exutus a corpore 36, 21. intromittere in sanctuario 188, 15. cf. Roensch l. l. p. 406 sq. — irasci in aliis 14, 11 cf. Sittl. l. l. p. 129. — natae de Thestio 163, 13. cf. Commod. D. II 1, 17. — paratus in expeditione 118, 20. beneficia poscere de trunco 26, 15. cf. petere summo de rege Commod. D. II 8,

[1]) cf. part. I. p. 43

[2]) Sittl. l. l. p. 129: In späterer Zeit (scil. post Apulei aetatem) hunderte von Beispielen aufzuthürmen kann nicht schwer fallen.

12. — in cunctos et lumen praetendit vitae et periculum ignorationis amovit 47, 19. privatus ex corporali soliditate 59, 2. cf. Roensch l. l. p. 426 — procreata de vertice 154, 17. submovere de saeculis mortalium 16, 18.

VII. De verbis.

1. De generibus.

Pauca adnotavi: metiri (= signif. pass.) 97, 8. ordiri (= signif. pass) 229, 2. mentitus (= signif. pass.) 190, 18 cf. Roensch. l. l. p. 298 — nixus (= signif. pass.) 20, 28. praefatus (= signif. pass.) 198, 22. abstineri (= se abstinere) 121, 7. se ruere 72, 10. cum ad sensum coeperit interitionis accedi 98, 17. agitari, intellegi celebrarique coeperunt 103, 27.

2. De temporibus.

Futurum pro praesente positum est: — invocati si fuerint, nihil audiunt, et nisi admoveantur — obstructi atque inmobiles stabunt 217, 8 — 10. quod si ita non erit, tollitur omnis spes opis et erit in dubio 217, 23. si haec non sint, coli se dii nesciunt nec impertiri a vobis ullum sibi existimabunt honorem? 220, 29 — 230, 1. nisi enim ratio cur fiat ostenditur nec habebit expositam sui causam 263, 1 sq. addito ergo hoc verbo solum erit quod inferetur sacrum 264, 27. nonne insigniter dicendus est laedi, qui honorem accipere cum condicione cogetur 265, 3. *Plusquamperfectum pro imperfecto vel perfecto invenimus:* pomis enim debuerat vivere, quae mater fuerat facta de pomo 185, 14. antea mos fuerat 210, 4. an deos adulteros dicere periculum habuit nullum, prolatio cupidinis atque irae linguam et os fuerat obsceno coinquinatura contactu 210, 18 — 20. ubinam fuerat rex poli 232, 17. cf. ubinam fulminator tempore illo fuit 234, 8. — ubinam gentium fuerant 233, 22. quantum fuerat, ut 233, 26. quod maxime conveniens fuerat voluptati 260, 17. nonne fuerat rectum 275, 5. nonne fuerat rectius 275, 25. quae fuerat ratio 275, 29. *idem de coniunctivo sentiendum est:* ipsa denique hiscere si animantia muta potuissent — si arbores — quirent integrare —: ita non et intellegerent et clamarent 22, 2 — 7. quod si essent dominicae prolis —: nihil ad perfectionem defuisset, unum omnes intellectum habuissent, aulam semper incolerent nec adpeterent 77, 22 — 27. cf. Roensch l. l. p. 431. 543. Sittl l. l. p. 132 sq.

3. De modis.

His locis coniunctivum exspectamus: postulabit forsitan 28, 12. occursurus forsitan rursus est 28, 20. item 153, 12. 199, 10. manifestum est et deo contumeliam fieri, cui modus constituatur invito et vos ipsos in re sacra caerimoniarum officia violare, qui non tantum tribuitis vini 265, 6 - 8. quae causa est, ut si ego porcum occidero, deus mutet adfectum —, si gallinulam, vitulum sub illius oculis atque altaribus concremaro, oblivionem inducat 242, 25-28. audire desidero, cur non ediderere 175, 13. cf. ad h. l. indic. Afr. auct. (corp. patr. eccl.), praeterea Vrba l. l. p. 55. Max Hoffmann l. l. p. 137. Draeger l. l. I p. 334. II p. 460. Sittl l. l. p. 134. *Semel quod ponitur, ubi ex classico quem dicunt sermone constructio accusativi cum infinitivo locum obtinet:* si modo rectum est credere, quod motibus exagitentur irarum 243, 5. cf. Roensch l. l. p. 402. Max. Hoffmann l. l. p. 138. Draeger l. l. II p. 229. Sittl l. l. p. 110 sq. Paucker Spicil. add. lex. lat. p. 109. Ut *omittitur:* sequitur mala intellegantur enasci 90, 13. obreperet enisus est 182, 1. cf. Hartel l. l. III p. 87 sq. Max. Hoffmann l. l. p. 136. Draeger l. l. II p. 282. Ut *post verba impediendi:* nihil impedio ut 13, 16. non obsto ut 13, 15. quid prohibet ut non 259, 6. cf. Draeger l. l. II p. 253. Ut *post verbum esse:* est ut 11, 6. 275, 2. erit ut 206, 7 eritne ut 66, 24. magis est ut 71, 4. nunquam fuerit ut 38, 13. cf. Draeger l. l. II p. 266 sq. *Nota hanc elocutionem:* quid ut faciat 146, 8 cf. Roensch (It) p. 253. (Z. f. ö G.) 1884 p. 403. Sittl l. l. p. 116. Hartel l. l. III p. 75. *Sententiae interrogativae his particulis instituuntur:* ne: unde tibi est scire, ne — sic tollat 10, 15. desideramus audire a vobis, ne habeant 114, 15. numquid 27, 2. 5. 10. 43, 1. 3. XLVIiens. an numquid 14, 13. 37, 4. XII.iens si: quid enim, si verum perspiciam scire per nos possumus. 52, 9. *Praecipue autem Arnobius an utitur:* ambigere, dubitare, an — annon 21, 12. cf. scire, agat aliquid annon agat 266, 1. — in ancipiti relinqui, an 232, 25. audire, an 32, 4. comprobari, an 28, 13. condiscere, an 104, 1. dubitare, an 49, 9. 11. 92, 29. 141, 9. experiri et recognoscere, an 36, 6. experiri et scire, an — an — an 156, 14 fungi atque experiri officio, an 146, 14. incertum esse, an 53, 13. 75, 9. non inquirere, non exigere, an 242, 5. interesse, an — an 140, 9. metiri, an 86, 20. 21. notum esse, an 244, 11. quaerere, an 21, 15. 253, 1. quaestionem referre, an 86, 15. quid ad nos istud, an 203, 24. non requirere, non exigere, an — an 175, 9. scire, an 54, 25. 68, 5. 139, 22. 150, 19. 221, 12. 261, 31. sentire, an — an — an 68, 6. cf. Draeger l. l. II p. 487 sq. Ita *in principio in-*

terrogationis XVIiens occurrit: 13, 12. 22, 5. 50, 13. 57, 24. itane: 51, 6. 122, 7. 146, 15. 154, 15. 264, 16. 267, 3. ita ergo: 26, 22. 123, 10. 169, 2. 201, 8. 251, 11. cf. Roensch (Semas. Beitr.) II p. 73. *Duae interrogationes in uno membro iunctae*: non inquiro, non exigo, quis deus aut quo tempore cui fuerit auxiliatus 32, 3. ut sit laudabile scire, qua quibus conveniat medicina curari 32, 26. sciunt, quas ex quibus circulis qualitates adtraxerint 71, 17. cum esset vobis nescium, quisnam eorum quid posset 148, 1. infinitum est et inmensum, quibus quique in fanis toto sint in orbe describere 219, 9. *Particula ergo apodosis sententiae condicionalis incohatur*: 132, 22. 172, 10. 222, 2. 230, 12. 255, 18. cf. Draeger l. l. II p. 739. Roensch l. l. II p. 67.

4. De infinitivis.

Substantivo Arnobius raro infinitivum pro genetivo gerundii addit: nonne cogitatio vos subit considerare, disquirere 20, 10. absolutum ius habent inania relinquere simulacra 230, 12. cf. nullum pluendi ius habent 20, 21. evagandi eas habere ius liberum 83, 18. cf. Hartel l. l. IV p. 59. *Sequuntur adiectiva et participia inusitate cum infinitivo coniuncta*: condigni [1]) sunt habere 15, 18. consuetus domitare 23, 24. capi consueti sunt 39, 19. item 70, 3. 144, 21. 226, 26. 245, 2. 247, 23. cf. Draeger l. l. II. p 350. — posuisse contenti 91, 22 item 129, 7. 158, 17. 163, 15 cf. Draeger l. l. II p. 425. — dignus deus dici deusque sentiri 25, 2. cf. Cypr. H. 530, 3. Optat. Z. 24, 19. — mens ignara ampliare 39, 11. Iuppiter a vobis infamis est isse 162, 26. animae nesciae commoveri 81, 7. torrere se suetus et adquirere 9, 29. item 123, 14. 178, 2. 194, 18. *Praeter usum cum infinitivo coniunguntur haec verba*: abstineo 110, 10. cf. Draeger l. l. II p. 337. — amo 18, 5. 92, 12. 259, 4. cf. Draeger l. l. II p. 306. — addisco 31, 17. Draeger l. l. II p. 348. adfert solum Ovid. met. 3, 593. — adicio: quid si adicias quaerere, rota quid sit 67, 2 cf. Roensch (It.) p. 453, sq. Sittl. l. l. p. 107 sq. — aspernari [2]) 115, 15. adtribuo 20, 3. 269, 11. certo 225, 5. cf Draeger l. l. II p. 320. — compello 131, 3. 151, 17. 155, 18. 176, 2. 264, 16. 281, 1. *c. accus. c. infin. pass.* 175, 30. cf. Draeger l. l. II p. 327. — dedignor 60, 27 *c. accuss. c. infin. pass.* 185, 17. 246, 14. cf. Cypr. H. 401, 16. 423, 13. deposco [3]) 86, 19. 126, 22. 242, 10. desum 100,

[1]) Draeger l. l. II p. 331: Bei condignus findet sich der Infinitiv nicht.
[2]) Draeger l. l. II p. 344: ist nur an zwei Stellen nachgewiesen Tac. ann. IV 46. Stat. silv. I 2, 102.
[3]) Draeger l. l. II p. 245: mit dem bloszen Infinitiv nur Tac. hist.

19. cf. Draeger l. l. II p. 339. — detrecto 227, 18. cf. Optat. Z. 139, 8. Draeger l. l. II p. 337. — differo 57, 7. cf. Draeger l. l. II p 339, — dignor 43, 12. 76, 29. 99, 25. 147, 25. 242, 21. 250, 23. cf. Draeger l. l. II p. 332. — dispono: quorum templa cum adire disponitis 250, 5. cf. Optat. Z. 51, 18. Commod. D. I 27, 2. — efficere *c. accus. c. infin.* 19, 13. 31, 8. 70, 9. 111, 9. 229, 16. erubescere 16, 13. 81, 24. 169, 19. 213, 15. 220, 5. cf. Cypr. H. 680, 19. Optat. Z. 156, 6. Draeger l. l. II p. 342. — evitare: si enim se deus videri ab hominibus evitabat 279, 25. excito 119, 11. exigo 140, 21. expeto 91, 28. 199, 14. 239, 6. *c accus. c. infin. act.* 255, 15. cf. Draeger l. l. II p. 307. — exposco 227, 2. 251, 4. *c. infin. pass.* 284, 19. extimesco 9, 19. cf. Draeger l. l. II p. 341. — facio *c. accus. c. infin.* 6, 18. 12, 26. 15, 5. — XXIiens. *c. infin. pass.* 25, 15. cf. Roensch l. l. p. 447. Max. Hoffmann l. l. p. 139 unum exemplum adfert: memoriam feci omnibus esse perennem inscr. 870_{18-19}. — fugio 229, 19. impello 119, 10. impedio [1]): impediunt perfrui nos 39, 26. inflammor *c. accus. c. infin. pass.* 251, 12. instigo 73, 25. metuo 202, 10. 213, 16. 229, 10. cf. Minuc Fel. H. 30, 24. Cypr. H. A 58, 1. Optat. Z. 112, 14. Draeger l. l. II p. 392. — neglego 260, 18. cf. Vict. Vitens. P. I 35. II 5. III 13. Draeger l. l. II p. 337. — nitor 67, 16. 211, 26. cf. Minuc. Fel H. 11, 23. Cypr. H. 253, 24. Optat. Z. 34, 10. cf. Draeger l. l. II p. 310. — obsto [1]): quid prohibebat, quid obstabat promere 210, 14. perficio: obscenas et luteas voluptates perficit procedere 146, 22. periclitor 216, 7. posco *c. accus. c. infin.* 153, 10. 171, 5. praebeo: talem videri se praebuit 280, 1. praecipio *c. accus. c. infin.* 30, 16. 43, 18. 84, 25. 96, 22. 251, 21. *c. infin. pass.* 178, 18. cf. Optat. Z. 153, 15. — praeparo 223, 9. recuso 4, 25. 34, 17. 113, 22. 124, 17. 187, 10. cf. Minuc. Fel. H. 21, 13. Draeger l. l. II p. 346. 414. — relinquo: in suis erroribus fatuitatem relinquite volutari 46, 13. *c. accus. c. infin act.* 253, 27. renuo [2]) 50, 16. 82, 20. 85, 23. 113, 22. 150, 19. respuo 53, 6. 100, 17. cf. Commod. D. I 34, 1. — rogo 226, 21. scisco *c. accus. c infin. pass.* 176, 11. succumbo: quam (scil. mortem) nec ipsa perpeti succubuisset species 43, 7. est (= licet, ἔξεστι) unde tibi est scire 10, 15. item 150, 19. cf. Optat. Z. 114, 3. Roensch l. l. p. 363. *c. infin. pass.* quibusnam modis esset intractabilis illa feritas edominari 183, 26. *ubi Sabaeus Reiffersch.* esset *in* posset *mutaverunt, quam coniecturam Woelfflin* (Archiv.) *I p. 36 reicit adhibens duos locos Tertullianos, qui item infinitivum passivum verbo* esse *adiec-*

[1]) cf. p. 13.
[2]) Draeger l. l. II p. 337 *renuere* infinitivum secum habere negat.

tum praebent: de coron. 8 recognosci est. ad nat. II 3 deos non esse defendi. cf. quoque: est dici Cypr. H. A 46, 10. Hartel l. l. I p. 51. — subigo 183, 13. cf. Draeger l. l. II p. 329. — usurpo: quae numina se esse opinionibus usurpavere mortalium 85, 14. valeo 10, 18. 14, 17. — — IXiens. cf. Draeger l. l. II p. 301. *Auctor noster nominativum cum infinitivo permultis verbis addit, cuius constructionis quae ab optimo sermone aliena esse videntur exempla enumerabo:*[1]) adscribor: adscribuntur dii vestri in tricliniis — cenitare, potare et — — mulceri 167, 27 sq. adseveror: praestans illa natura — — scire adseveratur 13, 20. comprobor 162, 11. computor 133, 17. conscribor 163, 2. consentior 166, 5. credor 17, 11. 19, 16 — — XIViens. describor 168, 24. evideor: incipient evideri — — eo invito res pessimae fieri 90, 16. exprimor 170, 8. indicor 162, 23. 190, 22. 218, 19. 25. inducor 170, 13. intellegor 142, 17. cf. Optat. Z. 116, 12. 126, 25. — introducor 170, 17. legor 279, 6. monstror 38, 16. 169, 4 — — VIIiens. cf. Vict. Vitens. P. III 12. — narror 53, 9. 181, 23. negor 166, 8. reperior 57, 26. 119, 11 — — Xiens. cf. Vict. Vitens. P. II 39. — scior 22, 14. 32, 8. scribor: esse conditus scribitus atque indicatur Acrisius 218, 19. *Constructionem prae ceteris memorabilem nominativi cum infinitivo notavi:* invitari ad urbem deus Aesculapius iussut est *pro* iussum est Aesculapium ad urbem invitari 281, 22. *In constructione accusativi cum infinitivo accusativus pronominis aliquotiens omittitur:* qui spondet liberaturum (se) 74, 27. qui quidem esse solos (se) sapientissimos autumant 87, 13. ipsos sibi spondebat (se) deos caeli posse ab regione detrudere 183, 20. dicere solent (se) non ignorasse 235, 2. niteris comprobare, quae discamus, (nos) non discere 67, 17. a quo speramus utrumque (nos) et — — fugere — — et donari 75, 29. sed (eum) exponi Sangarius praecipit 178, 17. quod creditis ignoratam sibi ad lucem (eos) exisse 157, 3. si enim degeneres (eas) futuras sciebat 83, 13. *Nonnullis locis infinitivus praesentis occurrit, ubi futuri exspectatur:* quae sese spondeant facere 29, 2. a quo speramus utrumque et fugere et donari 75, 29. pollicetur fieri et educi 98, 1. *Etiam infinitivus aoristi semel invenitur:* quod sit inmane dixisse 90, 17. cf. Cypr. H. ausi sunt superbisse 470, 4. *Sequuntur infinitivi substantivorum loco positi:* dicere meritis opem laborantibus ab diis ferri hoc est in medio ponere et dubitabile quod adseras facere 33, 21. an ipsum vigilare somni sit perpetui portio 52, 27. sitque nobis et 3obis unum et socium credere 55, 16. timere ipsum quid sit ignorans 66, 22. nam adnuere non est istud subvenire, sed vendi-

[1]) cf. Paucker Subrelict. p. 22.

tare 128, 22. carmen malum conscribere — decemviralibus scitis evadere noluistis impune 169, 12 sq. cf. Hartel l. l. IV p. 59.

5. De participiis.

Saepe participium praesentis cum copula coniunctum usurpatur: etenim revera est impium et sacrilegia cuncta transcendens 15, 21. utilitas haec nostra est et commodi nostri rationem spectans 18, 7. quod nulla iam natio est tam barbari moris et mansuetudinem nesciens 50, 21. simili modo: 84, 26. 142, 12. 232, 4. 239, 14. 248, 7. 249, 15. 255, 5. essetque adhuc pendens 176, 12. eritque nobis consequens 19, 13. 246, 27. quod maxime conveniens fuerat voluptati 260, 17. cf. Draeger l. l. I p. 293. *Uno loco participium futuri vim praesentis habet:* credituri (= credentes, fideles) 51, 9. *Participium futuri cum* esse *copulatum pro futuro ponitur:* ita ille non — — stabit, non — — ipsum sese est nesciturus? poteritne — 66, 14. ita ille sensurus est — et non stipes ut aliquis — stabit? 68, 6. *Uberiore elocutione Arnobius futurum, perfectum, futurum exactum passivi vel deponentis formis copulae* ero, fui, fuero *adhibitis exprimit:* erit contractum 252, 12. fuerit non factum 15, 23. similiter: 24, 21. 32, 3 — XXIiens. fuerimus evecti (= futur. ex.) 49, 26. 69, 2. 244, 9. 248, 26. 249, 1.

6. De supino.

Non accessu facilis, non familiaris adfatu 44, 7. quod impossibile nobis est factu 76, 6. foeda prolatu honestorum convestirier dignitate 210, 5.

7. De gerundio.

Nota: placandique eius (scil. perturbationis) causa 241, 26. cf. Front. N. 188, 9: tantus usus studiorum bonarumque artium communicandi. cf. Draeger l. l. II p. 831 sq.

VIII. De negationibus.

Arnobius aliquotiens negandi quandam ubertatem consectari videtur: idem omnes novimus nec, quot in orbe sunt homines, non sunt sententiae totidem 60, 9 *ubi vero Oehler Reiffersch pro* non *volunt* nobis, *Sabaeus* non *omittit,* sed cf. Cypr. H. 648, 16. Optat. Z. 10, 2. Draeger l. l. I p. 135. Roensch l. l. p. 446 sq. — ut videatur miserabilis prorsus nullam non esse causam ob aliam natus 193, 27. *Ursinus*

Reifersch. legunt: ullam non. — quanta vix explicare nequeant 244, 19. *Ursinus aut* vix *eiciendum aut* queant *scribendum censet, Reifferscl.* vix *in clausula ponit.* — nullis unquam stimulis nullius operis excitata ad conatus 255, 10. *Digna quae observetur locutio haec est:* quod eos negatis subsistere neque ulla esse in parte naturae 135, 26. quos deos negamus existimari nec potestatibus posse caelitibus applicari 215, 18. cf. Draeger l. l. I p. 134 sq *Nota:* in hunc sonus omnino nullius incidat vocis 64, 18.

C. De orationis genere.

I. De figuris.

1. a.) *Vocabula eadem vel eiusdem stirpis componuntur α) coniunctione:* purus et ab omni contaminatione purgatus 101, 15. aegre atque aegerrime 119, 6. longe longeque 278, 11. purgari hac animas atque ab omni puras vitiositate praestari 73, 20. habitare atque habitare 83, 1. proicit et iacit 192, 15. quatitur concutiturque 271, 5. inreligiose opinata et inreligiosius credita 16, 1. cf. Sittl l. l. p. 102. *β) sine coniunctione:* verum est, non ab rei veritate descendens 136, 7. subsidit, insidit 200, 6. me occidi, me caedi 244, 22

b) *Eiusdem stirpis vocabula eadem dictione continentur hoc modo:* annalium scripta percurrite linguarum diversitatibus scripta 6, 21. disceptationis huius disceptare momenta 16, 21. an inquisitam expediat quaestionem 68, 5. cur persecutiones patitur perpeti 109, 29. quod ex tremis coercitum finibus necessaria circumcludit extremitas 120, 12.

2. *Zeugmatis quod dicunt quattuor omnino exempla exstant:* neque enim necessaria nostra illi salus est, ut conpendii aliquid dispendiive patiatur 100, 6. devotas enim mentes et manus protendimus supplices 115, 15. neque ulla contrahitur culpa neque ulla gratia 238, 7. longitudine corporis et roboris 281, 2. *sed Meursius Reifersch. mutant* robore.

3. *Transpositio occurrit:* suminata caro 82, 8. tenacium matrimoniorum nexus 130, 5. circumpositi laqueorum morsus 184, 11. obstructae sunt dolentes aures 192, 8. sitienti ardori oggerit potionem cinni 196, 14. offensionum memorias inlatas 266, 18.

4. *De verbi ellipsi vid. p. 4. h. disput Alia quoque vocabula desiderantur:* Posidippi si relegat 224, 23. Sextus Clodius indicat sexto de diis graeco 190, 4. in historiarum Antiochus nono 218, 17. Ctesias

historiarum in primo 35, 20. Ptolomaeus Agesarchi de Philopatore quem edidit primo 219, 6. in Cereris Eleusiniae 218, 22. in Apollinis Delii 218, 24. cf. Max. Hoffmann l. l. p. 142 sq. Draeger l. l. I p. 485 sq.

5. *Repetitionis usus frequentatur:* deus, deus, inquam 96, 14. deus ille sublimis fuit, deus radice ab intima, deus — — 36, 15. o Abdera, Abdera 185, 7. continua fuerunt bella, continuae sterilitates 11, 18. dignus, dignus es vere 20, 25. deus primus, deus, inquam, primus 112, 22. non credentes *incipit septem sententias* 53, 19—54, 1. possunt nos aestu, possunt nocentissimo frigore, possunt auris pestilibus, possunt — 14, 21 sq. Apollo vobis pluit, Mercurius vobis pluit 20, 15. desinite, quaeso, desinite 71, 23. vos, vos appello 57, 29. qui habere, qui ferre — — 15, 17. quid si (Viens) 9, 2—16. quod ferae, quod beluae, quod mortiferae — 13, 17. haec — hic — hic — huic — hunc — ab hoc 18, 1—3. nihil magicum, nihil humanum — nihil fraudis 36, 12 sq. et cur (IXiens) — cur 127, 11—128, 5. non dicam — non — non 35, 2 sq. nonne (Viens) 27, 16 25. num quid (XIiens) 4, 7—23. quam insanire, quam furere, quam — 13, 14 sq. quia (Viens) 51, 20 25. quando (Viens), *ubi singulas interrogationes sequitur* non ante nos — 7, 1—8. sed opiferum, sed salutare, sed auxiliaris plenum — 29, 17. si (IViens) 12, 12—25. sine ulla vi carminum, sine herbarum et graminum sucis, sine — 28, 29 sq. ubi (Viens) 164, 14—18. ut (VIiens) 7, 11—25. vestra sunt haec, vestra sunt 16, 1. unus fuit e nobis (XIIiens) 29, 19—30, 26. audetis ridere nos (IViens) 58, 3—23. idcirco animas misit (XIIiens) 79, 9—82, 17. *Haec exempla, quorum numerus augeri potest, repetitionis figurae frequentissimum usum satis demonstrarint.*

6. *Litotes adhibetur his locis:* homo prudentiae non parvae 59, 1. lupa non mitis 143, 14. quaestio non exigua 144, 12. ratione non dispari 150, 16. beneficia non parva 163, 10. homines minus bruti 167, 7. iracundiae non parvae 172, 2. pocula non parvi numeri 173, 20. non ignobilis theologorum unus 177, 7.

7. *Anticipatio invenitur* [1]*:* ad nihilum redactas inremeabili abolitione delere 77, 1. integrare vim plenam 136, 11. dissociari abiunctum ab hominum formis 80, 24. fictio opinionis vacuae celebritate vulgata 132, 16. ex pelagi spuma et ex Caeli genitalibus amputatis Cythereiae Veneris concretum coaluisse candorem 160, 17 sq. virilibus spoliare abscisis 183, 28. pallidas nationes fragore terret 194, 15. quo illis integritas inoffensae beatitudinis compleatur 214, 29. utinam liceret Olympiacos illos et Capitolinos Joves diducere in membra resolutos 227, 31—228, 1.

[1]) Huius figurae Arnobium, qui insolenter luxuriae abundantiaeque orationis inserviat, conscium fuisse pro certo non contendam.

8. *Una notio duobus vocabulis coniunctione inter se copulatis exprimitur:* amoris et petulantiae causa 161, 22. cruciatus et inlati vulneris et doloris 162, 5. ex ritu atque officio cultionis 164, 8. laboris et operis esse 179, 2. compos voti atque expeditionis 199, 22. pater huius luminis et claritatis 211, 21. mea vita et innocentia 243, 29. vires atque auxilium 247, 7. ritu atque observatione 254, 10. antiquitatem consuetudinemque 254, 21. cf. antiquam et veterem consuetudinem 260, 11. petulantis amoris flammam 163, 1.

II. De translationibus.

1. *Translationis propriae, quam Graeci μεταφορὰν appellant, omnia quae mihi occurrerunt exempla qua Africanus noster abundantia est enumerare propositi non indicans specimina modo nonnulla dabo:* aures propitiae 54, 1. cf. aures benevolae Apul. H. met. I 6, 1. commercia stupent 11, 28. undis stupendibus 30, 11. terga ponti 30, 11. cf. Hom. νῶτα θαλάσσης. — omnia luce vestiuntur 4, 16 cf. sinceriore luce vestitur. Apul. H. de mund 3. — expugnatio genialis lectuli 159, 20. cf. expugnatio matrimonii. Cypr. H. 644, 10. — mendacia vulnerum 194. 24. cf. mendacium criminum Cypr. H. 13, 7. — et cur cottidie gemmulas et pubescentes herbas adurit atque interficit nocentissimum frigus 127, 19. — amputatio delictorum 18, 11. cf. amputare verborum moras Cypr. H. 318, 34. a. spem Optat. Z. 140, 2. — crudelissimus venter 81, 16. cf. saeviens venter Apul H. met. IV 229, 7. — splendeant hic gemmae et sidereos evomant fulgores 216, 19. quas (scil. enisas) ardentia viscera evomunt 239, 26. cf. lucerna illa — evomuit — stillam ferventis olei Apul. H. V 365, 23. — luxuriantium litterarum coercere audaciam 168, 8. memorias sopire 71, 9. offensam s. 261, 11. offensionem s. 270, 4. credulitate duce 55, 1. emortuisque flaminibus 4, 23. sata emori 6, 18. valetudinum causam e. 32, 6, caedat hostias Etruria 98, 12. Lydia scitulos sic vocat 178, 18. totam interroget Graeciam 200, 12. adorat et concelebrat Graecia 209, 1. genetrix et mater superstitionum Etruria 260, 4. *Memorabilis locus est* 243, 16—244, 23. *ubi post verba:* ecce si bos aliquis aut quodlibet ex his animal vocem hominis sumat eloquaturque his verbis *animal inducitur loquens.*

2. *Nec immutationis omnia exempla adferam:* plena autumnitas 15, 4. se formare ad non credendi frontem 42, 15. cf. frons ad nos accedendi Cypr. H. 686, 7. — cani (= senes) 58, 13. Musa ut praedicat Lucretia 118, 18. telis gravibus fixae (= parturientes doloribus cruciatae) 118, 23. Hildebr. adhibet Theocr. XXVII 28: χαλεπὸν βέλος

Εἰλειθυίας. — auster (= meridies) 145, 17. Euhemero replicato 165, 13. Thracius (= Orpheus) 191, 12. Varronis ut indicant Musae 222, 16. manus ad caelum tollere (= admirari) 267, 17. calor (= indignatio) 271, 25.

3. *Synecdochen Arnobius non frequentat:* sub axe nudo 217, 7. cf. Cypr. H. A 283, 18. — caput (= persona) 103, 11. VIiens. homo (= corpus) 37, 20. VIIIiens. mortales (= homines) 3, 17. 6, 12. 12, 2. 16, 8 et saepissime. mortalia (= genus humanum) 5, 28. 11, 21. polus (= caelum) 128, 15. 157, 24. 170, 16. 232, 17. viscera (= corpus, corpora) 25, 24. VIiens.

4. *Oxymoron:* parum laetis successibus res nostrae foventur 10, 8. sapientiam hominis stultitiam apud deum primum 52, 3. acumen obtunsius et bardum 64, 2. omni vero verissimum certoque certissimum 85, 28. itaque ista persecutionis asperatio liberatio nostra est, non persecutio, nec poenam vexatio inferet, sed ad lucem libertatis educet 110, 20 sq.

5. *Dissimulationis hoc unum exemplum praebetur:* potestis vestras nurus, quinimmo vobis matrimonio coniugatas ad verecundiam (= inpudicitiam) Baubonis inpellere atque ad pudicas (= inpudicas) Cereris voluptates? 201, 1 sq.

III. Proverbia.

garo gerem addidistis (= pretiosissimas res vilissimis polluistis) 212, 21. nonne illud est fabrum caedere, cum ferias fullonem et cum hominis consilium quaeras, ab asellis et porculis agendarum rerum sententias postulare? 221, 9—11. *Huc spectant haec quoque dicta:* sine ullis ut dicitur feriis multiplicium formas sustinuisse discriminum 11, 22 sq. procul inquam, ut dicitur, averruncetur amentia 21, 24. luce ipsa quemadmodum dicitur clarior 37, 3. cf. Optat. Z. 42, 6. — et non stipes ut aliquis aut Marpesia ut dictum est rupes stabit 68, 8. ab Orci faucibus quemadmodum dicitur vindicari 90, 5 sq. sed quas possit videre qui volet et contrectare quemadmodum dicitur manibus 105, 27. secundas ut dicitur actiones nobis ab infantibus postulare 116, 6. tricas quemadmodum dicitur conduplicare Tellenas 199, 6. per tramites ergo quosdam et per quaedam fidei commissa, ut dicitur 221, 1 sq. in prima positum quemadmodum dicitur fronte 273, 25.

IV. De numero.

Poetarum ritu ubi numerus singularis exspectatur, pluralis ponitur: dies natales (de Jove) 22, 5. (de animarum genitore) 77, 21. cf. Minuc. Fel. H. 9, 13. Cypr. H. V c. 9. — alvei Numici 23, 4. insulae errantes (= Delos) 23, 19. multiplicium capitum natrices (= Lernaeus anguis) 25, 5. funesta busticeta (= rogus Herculis) 27, 23. talia (= perpetuitatem) largiri 88, 1. ortus primigenii (de uno subiecto) 97, 12. 105, 7. agitantem pinnatos currus (de Jovis curru) 132, 4. cf. currus biiuges (de Veneris curru) Apul. H. met. IV 294, 31. — in Oetaeis verticibus (ubi Hercules rogum sibi construxit) 162, 12. vertisse exsuperatum terga (de Saturno) 164, 27. cur canes in Capitoliis pascitis (de Capitolio Romano) 231, 28. viduatum sine suis administratoribus caelum (de Jove) 263, 20. cf. Draeger l. l. I p. 8.

V. De elocutionis varietate.

Arnobius miscet

